

non modice, tempore Anastasi Augusti, reformata Ecclesia, in Urbe praedita, quam propter destructionem Attilae depopulatam invenit, quantum potuit populum auxit.

Stephanus Patriarcha sedit annis (a) XII. Hic sub Justino Christianissimo Imperatore, & Rege Theodorico regnante in Italia, qui erat Arianus & Arianos protegebat, multa pro fide perperitus est. Tandem non solum Ecclesiam, sed etiam Provinciam reformavit.

Macedonius Patriarcha, vir clarus & pius, temporibus Justiniani vitam ducens laudabilem, & per totam Provinciam Italiam Fratres confortans in Christo, post annos XXVI. ordinationis suæ felici pace quievit.

Huic successit Paulus gloriosus Antistes sub Justino II. Imperatore: cuius tempore, Longobardi Italianam intraverunt, quorum historiam Paulus Historiographus diligenter enarrat. Et primo Forum-julii intrantes, & quod post Attilæ nequitiam tam in Aquilegia quam per Ducatum Forojulii reformatum fuerat devastantes, primo Civitatem Austriae, quæ tunc ut supra dixi Castrum Forojulii appellabatur, destruxerunt. Qualiter autem, aut quomodo, & quid de Ducissa, filiis, & filiabus accidit, & etiam cuius inductu Longobardi Italianam intraverunt, ipsa declarat Historia. Hic Paulus Patriarcha timore eorumdem Longobardorum cum reliquis & thesauro Ecclesiae se ad Gradum Insulam contulit, quam novam Aquilegiam appellavit. Et ibi XII. anno Pontificatus sui viam finivit.

Probinus Patriarcha Paulo successit, qui apud Gradensem Insulam uno anno vixit, & migravit ad Christum.

Mortuo Probino, successit ei Elias Patriarcha, qui sedit annis XXII. Hic fuit, ut dicitur, haeretica pravitate respersus, eoqua tria Capitula Synodi Chalcedonensis suscipere noluit: verum postmodum errorem suum cognovit. Hic de voluntate B. Pelagii Papæ Synodus XX. Episcoporum fecit: & ibi de voluntate prædicti Pelagii Gradensem Ecclesiam, quæ nova Aquilegia ut prædictum est appellata fuit, totius Venetiae Metropolim ordinavit. Ad quam Heraclius Imperator devoteione ductus cathedram S. Marci transmisit, ut ibi esset, ubi D. Hermacoras suam habuerat. Legitur, quod duæ sunt Venetiae. Una, quæ in Antiquitatum historiis nominatur, & ista a Pannoniis finibus, in qua etiam Istria continetur, usque ad flumen Danubium terminat. Alia vero, quæ nunc mari Adriatico conjungitur, & in aliis maritimis Insulis, quam post eversionem Aquilegia, quæ primæ Venetiae fuit, incolæ habitare cœperunt. Huic Eliæ misit B. Pelagius epistolam valde utillem, quam scripsit S. Gregorius adhuc Cardinalis existens.

Defuncto Elia Patriarcha, successit Severus Patriarcha, qui sedit annos XV. (b) Hunc quidam Smaragdus Patricius cum tribus Episcopis Ravennam injuriose duxit, compellens eos communicare Episcopo Ravennati, qui erat haereticus. Verum divino iudicio dictus Smaragdus a Dæmonio corruptus est. Severus ad Ecclesiam revertitur, & bonis operibus vitam finivit.

Defuncto Severo successit Johannes Abbas, qui de voluntate Agisulphi Regis Longobardorum in Aquilegia Veteri factus est Patriarcha. In gradu quoque Candianus. Candiano defuncto, or-

Tom. II.

(a) Apud Murat. annis XV. (b) Apud Murat. Menses VI. (c) Apud Murat. annis VIII. & in Chronico superiore, annis IX. (d) Apud Murat. annis XIII. & in Chronico super. annis III. (e) Utroque in loco desideratur Felix. Hunc habent quamplures mss. Codices, quos licuit con-

dinatur Epiphanius primus.... Notariorum. Et tunc ortum est schisma, & incepit Gradus Patriarcham habere. Qui Johannes sedit in Aquilegia annis XII.

Martianus Patriarcha post Johannem sedit annis III. (c)

Fortunatus Patriarcha post Martianum sedit annis IX. (d)

Felix (e) Patriarcha sedit annis XIV. Hic apud Regem Longobardorum familiaris extitit: cui ipse Rex multum fuit benignus, & gratiosus.

Johannes Patriarcha sedit annis IX. cui successit Alter Johannes, qui sedit annis X. (f)

Petrus Patriarcha sedit annis (g) XIII. Justinianus II. Imperator. Hujus tempore universalis Syndodus apud Aquilegię celebratur.

Mortuo Petro Patriarcha, successit Serenus, vir bonus & pius, ac omni simplicitate præditus, & ad Christi servitia pronus, qui sedit anno uno.

Calistus successit Sereno. Hic sedit annis XL. vir nobilis, atque conspicuus. Et notandum, quod ab Elia Patriarcha supradicto usque ad hunc Calistum Patriarchæ habitabant in Cormono: & in Civitate Austriae, quæ tunc ut supradictum est Castrum Forojuliense appellabatur, Duces sibi Episcopum fecerunt; & erat tunc temporis Eidentius Episcopus, quo decadente Amator successit. Quod advertens Calistus Patriarcha, qui erat nobilis & egregius vir, quod Episcopus habitaret in sua Dioceſi cum Ducibus & nobilibus, & ipse Patriarcha sociatus vulgo rurali vitam duceret, displicuit sibi, & dictum Amatorem de Civitate Austriae expulit, & in eadem sibi suam habitationem elegit. Qua de causa Pemo Dux Forojuliensis contra Calistum discordias habuit: & initio consilio cum multis Nobilibus Longobardis, ipsum Calistum apprehendit; & eum dicens ad quoddam Castrum juxta mare, ipsum submergere voluit. Sed jubente Deo non fecit, sed ipsum in carcerem diebus pluribus pane tribulationis substantavit. Quod Rex Luitprandus Longobardorum audiens, capto Pemoni & aliis nominatim, qui sibi adhaerant, ipsum Pemonem depositus, & alios in carceribus longo tempore cruciavit. Calistus vero cum honore rediens & suscepimus, Palatium & Ecclesiam in dicta Civitate Austria construxit; in qua feliciter omnibus succedentibus, in pace quievit.

Sigwaldus Patriarcha sedit annis XLII. Hic etiam in prædicta habitans Civitate, eam multipliciter augmentavit.

S. Paulinus Patriarcha sedit annis XV. Hujus tempore cessante Regno Longobardorum, B. Paulinus ad gloriosum Karolum Magnum Imperatorem ivit, a quo obtinuit privilegia valde pulchra: & rediens prospere in Civitatem Austriae, in vita multis clariuit miraculis & in morte; cuius Corpus in prædicta Civitate quiescit.

Ursus Patriarcha sedit annis V. Hic primus contra Venerium Patriarcham Gradensem de Grado plebe Aquilegensis Ecclesiae proclamavit.

Maxentius Patriarcha sedit annis (h) XLII. Ad cuius preces, procurante Lothario filio Lodovici Imperatoris, Papa Eugenius una cum præfato Lodovico Imperatore, universalem Synodus celebravit Mantua: & præfato proclamante contra Venerium supradictum, qui sibi falso nomen Patriarchæ usurpaverat, & de Grado plebe sua, deposito Venerio, ipsa Gradus plebs Aquilegensi Ecclesiae in plena Synodo adjudicata fuit.

c

An-

sulere. Nomen ejus legitur in Catalogo, quem primo loco vulgavimus. (f) In catalogo citato duo pariter Johannes numerantur. (g) Apud Murat. annis X. (h) Apud Murat. & in Chronico superiore annis XXVI.